Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Fo. XXI

co adiecit.

Textus decimusquint⁹ Augustin⁹

OMnes vnanimiter et cõcorditer viuite. ⁊ honorate inuicẽ deũ in vobis. cuius tẽpla facti estis.

Cõmentũ decimũquintũ Ambrosi⁹

b QUod ait vnanimiter ad vnã spectat voluntatem. Qd adiecit cõcorditer. ad vnitatẽ cerimoniarũ ⁊ beatoꝝ mor pertinet. Qd annectit. honorate inuicẽ deum in vobis. id numiruꝝ fit. si propter deũ nos inuicẽ diligamus. si sollicti sum⁹. vt nostrum vnusq̃q dei seruet mandata. Vnanimiter inquã viuimus. si vnũ in deo ãm habeamus. vt omnes vnũ sentiam⁹. qd ad nostram spectet salutem. Si oẽs sumus vn⁹ velle in dei seruãdis mandatis. vn⁹ nolle in cuitandis. psugandisq̃ vitijs. vtrũq̃ enim ⁊ velle ⁊ nolle ad voluntatẽ spectat. que si in aliquibus cõiungant. veri sunt amici. qm̃ Crispo Salustio teste. idem nolle ⁊ idẽ velle ea demũ firma amicitia est. a q̃ Marcij Tullij nõ discrepauit sententia. cum diffiniret. amicitiã esse oĩm humanarũ. diuinarũq̃ rer cum benuolẽtia et caritate sũma⁊ consentionẽ. Concordem autẽ ducimus vitã. si nostris in actibus singulares nõ fuerimus. Non enĩ decet in vno monasterio cõstitutos discrepantes esse in cerimonijs. Nõ decꝝ quẽpiam vt si cõuentus reficiat. ipse vt singularis appareat. ieiunet si ꝓstitutus ẽ in lectione. ipse vellt esse in oratione. vt si constitut⁹ orando stat. ipse prostrat⁹ iaceat. multo minus mor decet difformitatem vt cũ alij taciturni. casti. modesti. ⁊ humiles sint. ipse loquat. luxuriosus. pceps sit ⁊ superb⁹. Itaq̃ frat̃ qui concorditer viuere affectat. pri⁹ debet praauos relinquere mores. vt puersus. inordinat⁹. infestus indoctis. pcax. ⁊ petulãs minime sit. Deinde sermones. incessum. statũ. oẽm motum. ⁊ oẽm denicꝝ vitam suã sic liberare. vt cõcors sit illis. cuꝝ quibus nouerit esse k viuendũ. Is itaq̃ religiosoꝝ hoĩm ẽ rectus ordo viuẽdi. Vt imprimis in eis sit vna volũtas. deinde cõcors seruet vita. postremo deum in seipsis inuicem honorent. Honorat autem a nobis deus. si eius seruam⁹ mandata. Honorat de⁹. si debitus latrie exhibeat cultus. Honoratur in nobis de⁹. si propẽ ipsum nosipsos diligimus. Hinc Saluator ait. In hoc cognoscit hoies. qr mei discipuli estis. si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. honorat̃ a nobis deus. si bona opera que agim⁹ deo attribuimus. ⁊ in ei⁹ referimus maiestatem. Cum enĩ egerimus hec. eius templa facti erimus. per superuenientẽ ⁊ inhabitantem spiritum sanctum eius in nobis. Ea ꝓo assequi non possumus. nisi p fugam proprietatis. ⁊ superbie ⁊ p paupertatis ⁊ humilitatis amplexũ. Quoniam sicut illa duo omnis discordia. oĩs odij. omnis dissensionis. omniũ contentionũ guerrarum ⁊ bellorꝝ sunt causa. Ita hec paupertas ⁊ humilitas caritatẽ generat. caritas ꝓo vnitatem nutrit atq̃ concordiam. Unitas autem ⁊ concordia nos efficiunt templũ dei. Propterea preceptor noster ad cõmunionem seruandam. ad repellendam superbiam. ad amplexandam vnionem ⁊ cõcordiaꝝ nos tanto ordine tantoq̃ studio concitauit.

Textus decimussextus Augustinus

ORationibus instate horis ⁊ temporib⁹ constitutis.

Cõmentum decimũsextum Ambrosi⁹

l PHelantibus celũ ascendere. op⁹ est. vt imprimis caritate feruẽt. subinde quod ex altero necessario sequitur. vnionem pacem ⁊ cõcordiam habeant. postmodum terrena suppeditent. Quarto vt relecta superbia humiles sint. hec ad hunc vsq̃ locũ preceptor noster iussa tradidit capessenda. nũc magnum vehemensq̃ vehiculũ. quo ad deũ magnopere subleuamur. iubet ascendere Hec quidez oratio est. que post predicta sane iubet. quoniã sine illis prorsus absq̃ fructu habetur. Hinc probe dicim⁹. qr oratio serenat cor. si sũt a caritate sue m censa. Purgat a vitijs. si cũ fraterna emitatur concordia. Abstrahit a terrenis. si a paupere spiritu fiat. Subleuat ad cele-

d